



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1844**

LXXXVI. Erzbischof Albrecht von Magdeburg sichert dem Michael Meinberg (zu Neuruppin), welcher zur Herstellung der Peterskirche in Rom beigetragen, den vom Papste bewilligten Ablass zu, im Jahre 1517.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54407](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54407)

Et nos Johannes, Dei et apostolice sedis gratia episcopus ecclesie Havelbergensis, supradictas fundationes etc. (wie in der vorstehenden Urkunde) Datum Wistogk, anno Domini 1508, Die Veneris, quarta decima mensis Julii.

Aus Bratring's handschr. Urk.-Sammlung.

LXXXV. Der Rath der Neustadt Brandenburg verschreibt wiederkäuflich gewisse Renten einem Altare in der Pfarrkirche zu Neuruppin, im Jahre 1512.

Wy Borgermeistere und Radtman der Nien Stadt Brandenborgh, bekennen, dat wy — vorkofft hebben — der dagentamen frouwen Szalmen, nhagelaten wedewen Merten Koggen to Nien Ruppin geseten und nha erem dode dem werdigen Heren Kiliano Czytemann, Altaristen der parkerken darfelbes, und nha orher twyer dode bofitter des nyen altaris eddere Commenden, dat in der parkerken to nien Ruppin in die erhe der hilligen Francisci, Brandani, Andree apostoli, anne, Catharine, Barbare, Dorothee, Ursule et Apollonie gestiftet und gefundiret werdt, edder Inhebber desser brives, teyn gulden an guder munte, jo dry und drüttich groschen brandenborgischer Weringe up isligen gulden, jerlige rente und tinsse alle jar up Pingsten up unserm Radthuse und uth unser stadt redeften gudern, schaten, tinsen, holten und watern tor gnuge to betalende. Darvor uns de ergedachte frouwe twe hundert gulden in redem golde an eyner Summa, die wy in unser stadt merkliche nudt gekerdt, gegeben, boreydet und tor gnuge betalet heth. — To orkunt und waren erkendnis hebben wy unser stadt grotteste Ingefegell bonedden an dessen unsern apem brive mit guder witschap laten hangen, Nha Cristi gebordt 1512, Mandages nha vocem Jucunditatis.

Aus Bratring's handschr. Urkundenammlung.

LXXXVI. Erzbischof Albrecht von Magdeburg sichert dem Michael Weinburg (zu Neuruppin), welcher zur Herstellung der Peterskirche in Rom beigetragen, den vom Papste bewilligten Ablass zu, im Jahre 1517.

Literae indulgentiarum Tetzeli.

Albertus, Dei et Apostolice Sedis gratia Sancte Moguntinensis sedis ac Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, Primas et sacri Romani Imperii in germania Archicancellarius, Princeps Elector ac administrator Halberstadenfis, Marchio Brandenburg., Stettinens., Pomeranie, Cassuborum, Sclavorumque dux, Burggravius Nurenbergensis Rugeique Princeps et Guardianus fratrum ordinis minorum de observantia Cultus Moguntini. Per sanctissimum dominum nostrum Leonem papam decimum per provincias Moguntinensem ac Magdeburgensem ac illarum et Halberstattenfis civitates et dioeceses, nec non terras et loca illustrissimi et illustrum Principum dominorum Marchionum Brandenburgensium, Episcopali (seculari?) dominio mediate et immediate subjecta, nuncii et commissarii ad infra scripta specialiter deputati, universis et singulis presentes literas inspecturis Salutem in domino. Notum facimus, quod sanctissimus dominus noster Leo, divina providentia papa decimus modernus, omnibus et singulis utriusque sexus crisi fidelibus ad reparationem fabricae Basilice principis Apostolorum sancti

Petri de urbe, juxta ordinationem nostram manus porrigentibus adjutrices, ultra plenissimas indulgentias ac alias gratias et facultates, quas crisi fideles ipsi obtinere possunt, juxta literarum apostolicarum de super perfectarum continentiam, misericorditer etiam in domino indulgit atque concessit, ut idoneum possint eligere confessorem presbyterum secularem vel cujusvis etiam mendicantium ordinis regularem, quod, eorum confessione diligenter audita, pro commissis per eligentem delictis et excessibus ac peccatis quibuslibet, quantumcunque gravibus et enormibus, etiam antedictae fedi reservatis casibus ac censuris ecclesiasticis, etiam ab homine ad alicujus instantiam latis, de consensu partium etiam poenam interdicti incurfis, et quorum absolutio eidem fedi esset specialis reservata, Preterquam machinationis in personam summi pontificis, occisionis episcoporum aut aliorum superiorum prelatorum, et injectionis manuum violentarum in illos aut alios prelatos, Falsificationis literarum, Delationis armorum et aliorum prohibitorum ad partes infidelium, ac sententiarum et censurarum occasione aliorum auctoritate apostolica de partibus infidelium ad fideles contra prohibitionem apostolicam delatorum incurfarum, semel in vita et in mortis articulo, quotiens ille imminet, licet mors tunc non subsequatur, Et in non reservatis casibus, totiens quotiens id petierit, plenarie absolvere et eis penitentiam salutarem injungere. Nec non semel in vita et in dicto mortis articulo plenariam omnium peccatorum indulgentiam et remissionem impendere et eucharistie sacramentum (excepto die paschatis et mortis articulo) quibusvis anni temporibus ministrare. Nec non per eos emissa pro tempore vota quaecunque (ultramarino visitationis limitum apostolorum et sancti Jacobi in Compostella, religionis et castitatis vota duntaxat excepta) in alia pietatis opera commutare auctoritate apostolica possit et valeat. Indulgit quoque idem sanctissimus dominus noster prefatos benefactores eorumque parentes defunctos, qui cum charitate decesserunt in precibus, suffragiis, eleemosynis, jejuniis orationibus, missis, horis canonicis, disciplinis, peregrinationibus et ceteris omnibus spiritualibus bonis, quae fiunt et fieri poterunt in tota uniuersali sacrosancta ecclesia militante et in omnibus membris ejusdem in perpetuum participes fieri. Et quia devotus Michael Meynborek ad ipsam fabricam et necessariam instaurationem supradictae basilice principis apostolorum juxta sanctissimi Dom. nostri Pape intentionem et nostram ordinationem de bonis suis contribuendo se gratum exhibuit et liberavit, in cujus rei signum presentes litteras a nobis accepit. Ideo eadem auctoritate apostolica nobis commissa et qua fungimur in hac parte ipsi quod dictis gratiis et indulgentiis nisi et eisdem gaudere possit et valeat, per presentes concedimus et largimur. Datum Northusen, sub sigillo per nos ad hec ordinato, die XVI mensis Junij, Anno Domini MCCCCXVII

Forma absolutionis totiens quotiens in vita.

Misereatur tui etc. Dominus noster Jesus Christus per meritum sue passionis te absolvat, auctoritate cujus et apostolica, mihi in hac parte commissa et tibi concessa, ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis. In nomine patris et filii et Spir. Sti. Amen.

Forma absolutionis et plenissime remissionis semel in vita et in mortis articulo.

Misereatur tui etc. Dominus noster Jesus Christus per meritum sue passionis te absolvat, et ego auctoritate ipsius et apostolica, mihi in hac parte commissa et tibi concessa, te absolvo, Primo ab omni sententia excommunicationis majoris et minoris, si quam incurristi, Deinde ab omnibus peccatis tuis, conferendo tibi plenissimam omnium peccatorum tuorum remissionem; remittendo tibi etiam penas purgatorii, in quantum se claves sancte matris ecclesie extendunt. In nomine patris et filii et spiritus Sancti, Amen.

Aus Bratring's Sammlung mit Benutzung von Kamp's Varianten.